Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36520
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

Hos pio fletu date pluamus.
Marmorū sulcos. quibus ē opta
Spes. ut absoluam reuinaculorū
Vincla meorum.
Sterne te totā generosa sēs
Ciuitas mecum tumulis. deinde
Mox resurgentes animas & artus
Tota sequeris. Passs Sce agnetis
uirginis. Int dispsa repperies. al
chiacū metrū. Constans pentime
mere iābico. & duobus dactē. H
AGNES SEPVLCHRVM EST
Romulea in domo.
Fortis puellę martyris inclytę.
Conspectu in ipso condita turrium
Seruat salutem uirgo quirtium
Hęc non & ipsos prtegit aduenas.
Puro ac fideli pectore supplices.
Duplex corona prestita ē martyri.
Intactū ab omī crimine uirginal.
Mortas deinde gloria libere
Iunt iugali uix habilem thoro.
Primis in annis forte puellam
Xpo calentē. fortiter impius
Iussis renisam. quo minus ydolis
Addicta. sacram desereret fidem.
Temptata multis nā prius artibus.
Hunc ore blandi iudicis illice.
Hunc seuientis carnificis minis.
Stabat feroci robore prtinax.
Corpusq; duris excruciatibus
Ultro offerebat. ñ renuens mori.
Tum trux tyrannus. si facile est ait
Pęnā subactis ferre doloribus.
Et uita uilis spernitur. at pudor
Carus dicatę uirginitatis est.
Hanc in lupinar trudere publicū
Certū est. ad aram ni caput applicet.
Ac de minerua iā ueniam roget
Quā uirgo pgit temptare uirginem.
Omnis iuuentus irruat. & nouum
Ludibriorū mancipium petat.
Haut inquit agnes inmemor ē ita
Xpo suorū pdat ut aureum
Vobis pudorē. nos quoq; deserat.
Presto ē pudicis. nec [illegible] patrī sacrę
Integritatis munera polluī.
Ferrū impiabis sanguine si uoles.
Non inquinabis membra libidine.
Sic eloquiā. publicitus iubet
Fletus in platęę sistere uirginem.
Stantū refugit mesta frequentia.
Auersa uultus. ne petulantius
Quisquā uerendū conspiceret locū.
Intendit unus forte peccatter
Os in puellā. nec trepidat sacram
Spectare formā lumine lubrico.
En alęs ignis fulminis in modū
Vibrat ardens. atq; oculos ferit.
Cęcus coruscō lumine corruit.
Atq; in platęę puluere palpitat.
Tollunt sodales semineccem solo.
Verbisq; deflent exequialibus.
Ibat triūphans uirgo dm patrem.